



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 74. Vitæ licentia Romæ Jubilæi tempore exorta.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

## §. LXXIV.

Sæcul. XV.

A.C. 1500.

*Vitæ licentia Romæ jubilæi tempore  
exorta.*

Igitur in vigilia Nativitatis Domini ad *Marian lib.*  
vesperas inchoatum est jubilæum, ad *27. n. 39.*  
quod tamen minor, quam sperabat Ale- *Burch. in*  
~~xander~~, peregrinorum multitudo Romam *Diario &*  
confluebat; plurimi enim eo accedere *Bzov. hoc*  
præpediebantur ob bella, quibus Italicae *ann. & seq.*  
Provinciæ flagrabant. Nihilominus in-  
quit Mariana, *Romæ morum licentia vige-*  
*bat inter viros sacratos, ut si qua in*  
*parte orbis maxime, qui tamen ob status*  
*sui Sanctitatem ceteros fideles ad pieta-*  
*tis studium excitare, illisque virtutis ex-*  
*emplum præbere debuissent: cum vero*  
*in diplomate ad visitandas Ecclesiæ pe-*  
*regrinis quindecim, Romanis vero trigin-*  
*ta dies præscriberentur, concessit Alexan-*  
*der Sacerdotibus, qui expiationibus præ-*  
*positi erant, ut numerum dierum, peregri-*  
*nis ad quinque, ceteris ad septem, im-*  
*posita eleemosyna, minuere possent.*  
Præterea hujus anni sacri solemnia pro-  
rogavit Romæ usque ad festum Epiph-  
anie anni proximi, ac per universam Ita- *Burch. in*  
liam usque ad Pentecosten: necnon Fra- *Alex VI.*  
tres Ordinis Minorum de Observantia, *p. 72.*  
uti habetur in Bullis hanc in rem publi. *Raynald. ad*  
catis, *quaquaversum Legatos misit, qui ann. 1500.*  
*hanc n. 9.*

Sæcul. XV. hanc gratiam Christianis impertirentur,  
A. C. 1500. ac decimas a Clero, ipsisque Cardinali-  
bus pro Venetorum auxilio contra Tur-  
cas indictas colligerent, atque a Judæis  
etiam subsidia in eandem expeditionem  
peterent.

§. LXXV.  
*Pontificis consilia de bello sacro ad-  
versus Turcas.*

*Burch. ib. 2. p. 83.* Quantumvis ingens fuerit Pontificis  
*Raynald. l.c. n. 2. & 5.* studium, quo Principes ad ineun-  
dam armorum societatem adversus Tur-  
cas adhortabatur, nihilominus illius ver-  
ba parum eorum animos commovisse vi-  
debantur; adeo enim universæ Christia-  
norum Reipublicæ cognita erat Alexan-  
dri indoles, ut ægre quis sibi persua-  
deret, illum puro tuendæ Religionis stu-  
dio, ac divini honoris vindicandi amore  
stimulatum rem urgere. Suspiciabantur  
alii, hanc Cruciatam indici, ut ultroneis  
pecuniæ cumularentur. Ceterum Pou-  
tifex feria quarta die undecima Martii  
hujus anni cunctos Oratores Romæ de-  
gentes in sacrum Senatum convocabat,  
in quo discrimen fidei Christianæ immi-  
nens exposuit, dixitque, se jam menie  
Octobri anni prioris ad Reges, & Princi-  
pes Christianos literas dedisse, ac rogas-  
se,